


neæ AB medium : hic quæritur.  
Quare non tantum ad D supra  
lineam, verum etiam infra line-  
neam ad E describendi sunt ex A  
& B duo arcus se mutuò interse-  
cantes, ut deinceps connexio  
punctorum D & E punctum C  
quæsitum ostendat.




Si verò infra lineam non sit  
locus pro intersectionibus ad E  
arcuum, tum supra lineam citra  
vel ultra D ij ducantur : succedetq; bisectionis nihilominus, ut  
prius.

Si porrò bisegmenta hæc lineæ AB iterum bisequeris, ut  
antea ipsam lineam, erit tota lineam in quatuor æquales partes  
secta : siq; earum quamvis iterum ita partiaris, habebis partes  
octo, & sic deinceps.

*PROBL. II. Quomodo data aliqua lineam in partes quascunq; : 5, si opus sit, in partium etiam partes dividenda sit.*

Sit data lineam AB  
dividenda in partes  
æquales septem, ut  
id tantò commodi-  
us perficias, adjice  
ipsi aliam lineam,  
nempe BC, angulo  
ABC quocunq; : su-  
meq; in eâ partes il-  
las septem, ope cir-



cini, in quas AB dividi debet. Deinde extremum divisionis ver-  
sus C punctum connecte per lineam rectam cum puncto A : ex  
reliquis verò punctis lineæ BC, duc alias lineas priori CA pa-  
rallelas,